

Exemplo Christi patri cælesti etiam usq; ad mortem simus obediētes, ut cognoscat mundus, nos diligere Patrem.

DE II. LOCO.

In doctrinâ de Spiritu Sancto.

I. Notetur esse Spiritum Sanctum:

Probatur: 1. A testimonio Christi in hoc Evangelio.

Matt: 3.

2. Ex ipsius apparitione.

3. Ex Symbolo: Credimus enim in Spiritum Sanctum, &c.

4. Ex formâ Baptizandi: Baptizamus enim in Spiritum Sanctum, ex mandato Christi.

Mat: 28.

V S V S.

Non itaq; dubitemus cum Corinthiis, num sit Spiritus Sanctus.

Acto: 19.

II. Definitio: Spiritus Sanctus est tertia persona divinitatis, procedens à Patre & Filio.

V S V S.

2. Sã: 23.

Acto: 5.

Spiritus Sanctus est verus DEUS, & tertia persona, non tempore, sed ordine.

III. Effecta: Christus appellat eum in hoc Evangelio, Consolatorem & Doctorem. Sunt & præter hæc & multa alia Spiritus Sancti officia, ut sacra Scriptura testatur.

Vsus.